

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Philipp Hartmann Stephanus Derschow

**Disputatio Metaphysica Secunda De Uno, Simplici Et Composito, Universaliet
Singulari Cuius positiones Deo Essentia Uno Et Simplissimo Favente**

Rostochii: Pedanus, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729461726>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1632
Philip Hartmann
Stephan Derschow



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729461726/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729461726/phys_0002)

DFG

3

DISPUTATIO METAPHYSICA SECUNDA

De

UNO, SIMPLICI ET COMPOSITO, UNI- VERSALI ET SINGULARI

Cujus positiones

DEO ESSENTIA UNO ET SIM-
PLICISSIMO FAVENTE

Amplissimæ facultatis Philosóphicæ consensu

In

Inclyta Academia Rostochiensi

SUB PRÆSIDIO

Viri doctissimi atq; eximij

Dn. M. PHILIPPI HARTMANNI

Lubenâ Lusat. Præceptoris & fautoris sui
æternum honorandi,

Publico & Placido DOCTORUM

Examini subiecit

STEPHANUS Derschow/ Ludovic-Syl. Prutenus,

Autor & Respondens

In Auditorio Majori die 17. Decemb.
hor. antemerid.

ROSTOCHII,

Exeudebat JOHANNES REUSNERUS,

ANNO M. DC. XXXVII.



CUM BONO DEO.

Doctrinam de Affectionibus Entis utilem esse nemo in dubium vocabit. Neminem etenim sine hujus doctrina cognitione feliciter, in studio Metaphysico progressus facere posse gravissimorum Philosophorum est sententia, Quæ cum ita se habeant animum induximus paucula hac vice, de prima uita Entis affectione nempe de uno, loco materiae disputationis, pro ingenii nostri modulo, proponere. Sit itaq;

THESES I.



Ffectiones seu modi sunt revera aliquid extra intellectum & intrinsice rem aliquam afficiunt, dominant, ipsiq; ad eo infixi sunt, ut per nullam potentiam esse possint, nisi actu eam afficiant. (Affectiones cum nec sunt entia neq; etiam nihil, sequitur revera illas aliquid esse, quod essentiam afficiat. Entia non sunt, quia nec substantiae sunt, neq; accidentia, nec attributa Entis ipsis conveniunt, neq; finitudo, neq; infinitudo, neq; causalitas ipsis competunt, ut absurdum sunt Photiniani in personalitatibus divinis tria infinita querentes. Non sunt substantiae, quia non per se subsistunt, neq; sunt accidentia, cum accidentium natura sit inherere & dependere a subiecto, quæ infirmitas seu imperfectio non ejusmodi transcendentalibus competit, sic unio si esset accidentis deberet conjungi cum illo subiecto per aliam unionem, & sic fieret progressus in infinitum. At cum additur extra intellectum eo ipso significatur quod unitas non denominet ens

A 2

juxta

juxta statum quèm in mente habet universalitatis , pariter esse causam vel causatum simplex vel compositum non est vindicandum enti secundum abstractionem ultimatum , ut est summe indifferens & illimitatus entis conceptus , ita enim neq; causa neq; causati rationem habet , sed tribui debent hæ denominationes enti in rerum natura constituto , prout nimis extra intellectum habet esse objectivum , fundamentale , atq; sub disjunctione ista attributa participat . *Dn. D. Galovius part. general tract. post. Metaph. c. i.* Affectiones propterea ens ita intrinsecè afficiunt , ut per nullam potentiam esse possint nisi actu essentiam afficiant , quia tamen late patent quam ipsum ens , adeo ut nullum ens reputatur positivum cui non possunt tribui hæ ipse affectiones unquam neq; in suo ordine . Et convertuntur cum ente quidem denominative cum omne ens denominetur istis affectionibus , & omne quod affectionibus istis gaudet essentiam habeat , ut omne ens est unum & omne unum est ens &c. item omne ens est vel causa vel effectus . Exinde sequitur cum modi in formalis sua ratione præcisè non includant ens , neq; de ijs prædicari debere ea quæ enti per se insunt , ita personæ abstractæ non tribuitur esse dependens vel independens , sed essentiæ & naturæ . Sic substantia non denominatur causa vel causatum . Hoc autem notwithstanding in quantum ut modi considerantur . Hæ Affectiones sunt reales , non enim sunt fictæ vel entia rationis , non tollunt , vel negant essentiam , sed verè competit enti præter mentis operationem . Ita Deus est unus , verus , bonus , causa independens nomine etiam cogitante , Creaturæ suam obtinent unitatem , veritatem , bonitatem effecta sunt , dependent &c. citra omnem mentis operationem . Deinde sunt reales , quia scientia non demonstrat à suo objecto nisi proprietates reales , quia *Arist. I. 4. Metaph. c. i.* iuquit ; hanc scientiam contemplari ens quatenus ens , & ea quæ illi per se insunt : Quomodo enti reali per se入境unt ea quæ realia non sunt . E. habet ens reales affectiones . *Rey. Clar. Dn. D. Jacob. Mart. sect. 3. Metaph. q. 1.* Nec est quod quis frustra metuat affectiones illas ab ente realiter distingui , si essent reales . Nos nullam difficultatem metuimus , & cum enti competant citra mentis operationem omnino reales esse dicimus .

Aliud

Aliud autem est reale & aliud est realiter esse ab alio distinctum,
multa enim sunt realia, quae non realiter distinguuntur, ut justitia
misericordia sunt quid reale nec tamen realiter distinguun-
tur.)

II.

Conditiones propriæ diætarum affectionum sunt, ut (1.) **Affectio** sit ex parte rei aliquo modo s. ut loquuntur modaliter distincta ab essentia. Jam vero cum existentia ab essentia ex parte rei non distinguitur, sit ut existentia inter Affectiones non numeretur. Recipitur enim existentia in essentia, nihil assignari potest præter essentiam in quo recipiatur existentia. E. necessariò recipitur in essentia. Nihil assignari potest quod præcedat existentiā quam essentia: prout mens primo concipit quidditatē & deinde eanden considerat prout est actus in rerum natura. (2.) **Affectio rei** competit intrinsecè. Hinc concludimus quod intelligibilitas, quæ ens à mente humana concipi potest, non sit attributum entis, quia intrinsecè ipsi non competit. Jam vero quicquid enti intrinsecè non competit illud ejus non est affectio. Atq; intelligibilitas enti intrinsecè non competit. Quia omne quod dominatur ab intellectu illud exrinsecè denominatur, concipi enim non est in re sed in mente. E. (3.) **Affectio necessariò ex essentia** fluat. Hinc excludimus durationem quæ est permanens entis in existentia, dicimusq; non esse necessarium attributum entis, cum ejus oppositum momentanæ scil. existentia non simpliciter entis naturæ repugnet, quæ de affectionibus primariò dictis intellegenda sunt. His præmissis aggredimur primam affectionem entis nempe unum, definitur autem ita:

III.

Unitas est indivisio entis seu modus entis quo ens in sua essentia indivisum dicitur. Arist. lib. 2. B. c. 2. ἐν δὲν ἀδιαιρέτον unum est quod indivisibile est. Ut enim divisio indicat multitudinem, ita indivisio significabit unitatem. E. G. Multi homines sunt es-

sentia humanae inter se divisae & divisio essentiarum humana-
rum introducit multitudinem hominum. Sic contra unus ho-
mo est una essentia humana in se indivisa: & divisio entitatis
humanae praecise dicit unitatem hominis.

I V.

UNitas cum duobus modis soleat describi vel a formalis ra-
tione, vel a consequentia dicimus divisum esse ab alio tan-
tum esse consequens unitatis, illiq; competere inadæquate, cum
non omne ens sit in statu divisionis, sic Deus ante mundum con-
ditum non fuit divisum quid ab alio cum nihil aliud præter De-
um fuerit, formaliter ergo recte unitas definita est.

V.

CUm autem divisio sit vel a se vel in se vel ab alio, dicimus for-
malem ratione unius non consistere in indivisione a se, quia
& multitudo a se indivisa est, tam enim acervus lapidum a se est
indivisus, quam homo, nec in divisione ab alio quia ad forma-
lem rationem additur tantum respectus, sed in indivisione in se.
Nam unius quidditas est essendi indivisibilitas. E. G. Homo di-
citur unus essentialiter, quia secundum propriam adæquatam
rationem non est divisus in essentia.

VI.

Unum est vel per se vel per accidens. *Arist. lib. 5. Metaph. c. 6.*
Unum per accidens est quod in se plura continet per extra
essentialē conjunctionem ita unita ut non redigantur in unam
essentiam. V. G. Exercitus, strues lignorum. Hoc unum sumi-
tur vel late vel stricte, late unum per accidens dicuntur ea quæ
unum sunt aggregatione, quale unum aggregatione est multo-
rum vel sine ordine vel cum ordine. *Scharf. dis. 6. th. 24.* Stricte
unum per accidens est quod existit ex subiecto & accidente mu-
tuò informativis. Accidens enim ad substantiam se habet ut for-
ma ad suam materiam; in qua unum facit compositionem ac-
cidentalem, quale esse potest triplex (1.) ut sit ordo subiecti ad
accidens, ut homo est quantus, (2.) ut e converso sit ordo acci-
dantis ad subiectum, vel (3.) duorum accidentium inter se ut
dulce est flavum, quia mel, docente *Dn. Jacobo Mart. scđ. 3. th. 16.*
Hic quæstio occurrit de unitate formæ mundi an nimirum mun-
dus

dus habet unicam formam. Nos negamus quia mundus est unicum per accidens. Jam vero unum per accidens non habet unam formam per se. E. Sed mundo competit talis forma quae enti aggregato ordinato convenit ut Reipub. forma est ordo ciuiorum.

VII.

Unus per se est quo ens habet essentiam indivisam sive compositam sive simplicem, hoc est, quod praecise habet ea quae ad essentiam, integratem vel complementum talis entis in suo genere per se & intrinsecè requiruntur.

VIII.

Unus per se vel est simplex vel compositum. Unus per se simplex est quod in se actu est indivisum ut dividi nequeat in plura. Vocatur indivisum indivisibile. Indivisibile est unum quod neque actu neque porestate divisionis vel multitudinis est capax. Qualis unitas simplex primò est in Deo. Ut enim Deus summè simplex est, ita etiam summè unus est. Deinde est in essentia Angelorum.

IX.

Unus per se compositum est quod in se actu indivisum est, sed tamen dividiri potest in partes ex quibus essentialiter componitur. Vocatur indivisum divisibile. Indivisum est quod quidem partes actu divisas non habet, dividi tamen potest in partes ex quibus componitur. Intelligitur autem essentialis compositio per quam plures partes intrinsecè ita uniuntur ut faciant unam essentiam V. G. in homine anima & corpus constituant essentiam humanam. Hinc perfluit affectio entis disiuncta simplex & compositum.

X.

Simplex definitur à *Combachio Metaph. c. 23.* Simplex est illud, quod non constat pluribus in quae resolvatur, à nobis ita: Simplicitas est perfectissimus unitatis modus quo ea una sunt, quae sunt simplicia, id est non agnoscunt plures essentias aliquas partiales, ut Deus & Angeli.

XI. Sim-

X I.

Simplex aliquod dicitur vel absolute quod omnem compositionem respuit, tam ex his quam cum his, compositum ex his est cuius essentia est composita ex partibus; compositum cum his est quod cum alio accidentaliter unitur, ut Angeli cum suis accidentibus, hac ratione Deus absolute unus & simplex est, vel simplex dicitur quod ratione essentiæ suæ ex partibus non est conflatum, ut Deus, Angeli, & anima rationalis, & hæc significatio est hujus loci. *Confer Scheibl. Metaph. l. i. c. 5. t. 2.*

X II.

Compositum est quod ex pluribus essentiis constat. Omnis autem compositio vel est realis vel rationis. Realis est quando extrema sunt realia & realiter a se invicem diversa. Rationis est hec cuius extrema sola ratione distinguuntur. Prior compositio dicitur Metaphysica, posterior Logica. Sic homo constat ex anima & corpore tanquam pluribus quæ realiter sunt distincta, quæ compositio est realis, quatenus vero constat ex genere & differentia V. G. ex animali & rationali, quæ extrema sola ratione distinguuntur, compositio ea dicitur rationis. Genus enim a differentia sola ratione distinguitur.

X III.

Ad compositionem propriæ & rigorosè sic dictam requiruntur duo. (1.) Partiales essentiæ. (2.) Ut una essentia ex illis partialibus constituta sit. Sic in homine requiruntur corpus & anima, ex corpore autem & anima quæ partiales sunt essentiæ, fit & constituitur una essentia nimirum homo.

X IV.

Nunc ad modos & gradus compositionis. Fit enim compositione vel ex natura & supposito, vel ex esse & essentia, vel ex genere & differentia, vel ex materia & forma, vel ex partibus quantitativis, vel deniq; ex subiecto & accidente. Verum ultimas tres tantum rigorosè loquendo esse species compositionis non paucorum Philosophorum est sententia.

X V.

Compositionem ex esse & essentia Doctores dupliciter declarant. Per essentiam enim intelligunt unumquodq; ens quasi

quasi in abstracto, sive id quo est unum quodque ens. Per esse autem intelligitur id quod est, veluti essentia hominis est humanitas, qua homo est homo. Sic igitur creaturae sunt compositae ex esse & essentia, quia aliud est in iis quod sunt & aliud quo sunt. Alij inter quos etiam est *Francis Suarez* disp. 30. sect. 4. Num. 2. per esse intelligunt existentiam, inde compositio ex esse & essentia idem est ac compositio ex existentia & essentia. Exinde sequitur istam compositionem solum habere locum in entibus actu. Nam quae entia sunt potestate existentiam non habent. Hæc ultima expositio compositionis magis videtur congrua quam prior, si ad vim terminorum respiciamus. Nam infinitivi solent significare actus verborum suorum. Ita currere dicitur qui actu currit. His positis quæritur, qualis compositio sit ex esse & existentia in rebus creatis an realis an vero rationis? Nos simpliciter cum *Francis Suarez* tom. post. disp. sect. 12. n. 2. & *Scheibl.* b. 1. c. 5. ar. 1. t. b. 19. ratione tantum distinguui affirmamus. Quod cum ita est, quod certò est, hanc compositionem non esse Metaph. sequitur. Metaphysica enim circa realia est occupata.

XVI.

SEcundò compositionem ex genere & differentia speciem compositionis Metaph. esse inficiamur, quia genus & species, adeoque differentia realiter non distinguuntur. At omnis realis compositio supponit realem distinctionem terminorum componentium.

XVII.

DEnique nec compositio ex natura & supposito inter rigorose sic dictas compositionis species est numeranda. Ratio, quia tantum est inter ea distinctio modalis, nam extrema non sunt realiter distincta, neque suppositalitas est essentia sed saltem modus.

XVIII.

Compositio vel est Accidentalis Essentialis vel Integralis. Compositio accidentalis est quæ est inter tales quæ non constituant unum per se & est 1. inter substantiam & substantiam, ut inter ignem & ferrum, 2. inter substantiam & accidens, 3. inter accidens & accidens quæ species compositionis non est hujus loci; dividitur enim ens per se in ens simplex & compositum.

B

XIX. Com-

XIX.

Compositio essentialis est quā plures partes uniuntur ad unam essentiam constituendam, ut fiat unum ens per se compositum. Sic corpus essentialiter componitur ex materia & forma.

XX.

Compositio integralis est quæ constat ex partibus quantitatibus quæ in toto uniuntur per modum continuitatis non per modum actus & potentiarum. Sic quatenus homo constat ex capite, brachiis, ventre, pedibus &c. dicitur compositus integraliter.

XXI.

Unus dividitur in Unum Numerale, Formale, & Universale. Triplex enim uitas est in rebus, 1. Unitas Numerica, 2. Unitas Formalis, 3. Unitas Universalis. *Scharf. diss. 6.c.2.*

XXII.

Unus Numerale est quod ita est unum ut secundum suum esse totum non possit dividi in plures species vel individualia. *I.2.B. Metaph. 6.4. τὸ ἀειδύνω ἐν dicitur 1.4.6.6. ὃν οὐ νόοις ἀδιαιρετοὶ μὲν αἰδίνεται χωρὶς μήτε χρήσιμη μήτε τόπω μήτε λόγῳ. Sic Plato non potest dividi in plures essentias licet enim dividatur in animam & corpus, tamen de nullo possum dicere quod sit homo. Et licet sanguis in plures essentias dividi possit ut & qualibet gutta maneat sanguis, illud tamen non sit secundum suum esse totum. Sic licet lignum posset multiplicari per plura ligna quando scinditur, illa tamen plura ligna non participarent definitionem totius essentiae. Notetur quod hæc Unitas à nonnullis dicatur vel continua, ubi plures partes non differunt specie inter se ut corpus animalis: vel ob artificiale omnium partium inter se unionem & compositionem, ut domus: vel ob dependentiam omnium partium ab uno principio, ut in animali à corde, vel ob relationem ad unum finem & ad bene esse unius suppositi. Perer. I.6.c.4. Conf. Finkij Metaph. d.4. th.2 p.m.94.*

XXIII.

Unitas formalis est quæ per se & immediate convenit essentiae in se sumptu prout praescindit ab esse individuali & universalii.

salī. Veluti animal per essentiam suam unam est aliquid unum ut maximē nondum apprehendatur tanquam universale.

X X I V .

UNum universale est quod habet unam communem essentiam & multiplicabilem ad plura ejusdem nominis & rationis. *Arist.7.1. Metaph.c.13.*

X X V .

IN Uno universalī duo occurunt (1.) ipsa abstractio (2.) fundāmentum , seu ut alii distinguunt Materiale & Formale. Materiale seu fundāmentum denominatum ab universalitate est ipsa natura. Forma autem denominans est ipsa universalitas. Materiale universalis est in rebus. Equis enim cui competit denominatio speciei est in rebus. Formale universalis non est in rebus, sed per actū intellectus, quatenq; illa prædicata quæ sunt in rebus considerat, inter se comparat, invicemq; convenire cognoscit. Priori nondum tribuitur unitas universalis, posterior vero unitatem illam importat.

X X VI .

Duo sunt quæ requiruntur ad universale (1.) ut sit in multis, vocatur & universale in potentia, quod adhuc in rebus existens præbet fundāmentum intellectui, ut universaliter possit concipi: (alterum est unum) nempe quod universale concipiatur ut unum distinctum ab individuis, & ita non competit obiecto, quod dicatur universale, à parte rei, sed per actum intellectus. Quocunq; n. est à parte rei multum & divisum, id à parte rei non est unum. Unum enim opponitur divisioni: Universale est à parte rei multum & divisum. Genus enim à parte rei est in multis & distinctis speciebus, species in multis & distinctis individualibus. E. Universale à parte rei non est unum.

X X VII .

UT autem brevesimus tria in unoquoq; universali observanda esse dicimus. Primum est unitas. 2. Communitas seu multiplicitas. 3. Convenientia. Quoad unitatem & communitatē universalia sunt entia rationis, utraq; enim dependet à mente, ista universali tribuitur abstractē sub præcisione mentali, quā ab inferioribus abstrahit̄ communis natura præcisis conditionib;

ditionibus individuantibus quæ in mente unitatem quandam habet: hæc ei competit relate in quantum intueatur simul inferiora sub se contenta cum aptitudine ~~αληγορικ~~ essendi in iisdem. Indifferentiam itaq; istam habet à mente: relationem vero insuper hanc ad plura non obtinet natura abstracta nisi in quantum à mente apprehensa. Adeoq; formaliter non est universale nisi in mente. Universalia autem in particularibus suam habere universalitatem hactenus refutatum est, quomodo enī aptitudo essendi in pluribus quæ universalitatem essentialiter constituit, particularibus attibui possit, hæc enim indifferentia non potest universalis ut in re est, convenire ante omnem operationem intellectus. Nam ex una parte sublata est illa indifference quia defacto V. G. humanitas est sub individuali essentia Petri. Quia indifferens debet esse nudum ab eo ad quod est ejus indifference. Ad alia autem individua non est humanitas Petri indifferens, quia illa est identificata ad Petrum. At quod sic uni est appropriatum non potest adhuc esse indifferens ad alia. Quod attinet ad Convenientiam ibi universalia fundantur in rebus ante operationem mentis. Disciplinæ autem dicuntur reales non ratione unitatis objecti, nec ratione aptitudinis pluribus in essendi: sed ratione fundamenti & convenientiæ.

XXVIII.

UT ergò legitimè status conroversiæ formetur quæstio est: An universalia quatenus talia sunt & ut distinguuntur à singularibus seu Universalia formaliter considerata sint entia realia? Quando enim quærimus de cæco an sit ens reale, distinguimus inter materiale & formale, non enim quæstio est de subjecto sed de formalis sc. cæcitate. Itaq; libetissime largimur quod subjectum sit reale non autem formale, apparet ergò universalia, quatenus distinguuntur à singul. non esse realia, idq; probamus:

1. Omne enim quod dependet ab actu mentis illud ens rationis est. Nunc universalia quæ: universalia &c. dependent ab actu mentis. E.

2. Ens

2. Ens reale ab alio ente realiter distinguitur. Universalia ab aliis entibus non realiter distinguuntur. E. Universalia non sunt entia realia. Siquidem quæ se habent ut ens & ens illa realiter distinguuntur. Universalia & singularia se habent ut ens & ens. E. Universalia & singularia realiter distinguuntur. Majorem N. negat qui sani est judicij homo. Totus enim chorus Philosophorum statuit inter rem & rem dari realem distinctionem. Conclusio autem est absurdum genus enim à specie, species à differentia, differentia ab individuis non realiter sed saltem ratione distinguitur, homo & animal quidem realiter idem sunt, & non nisi ratione tantum distinguitur.

3. Quicquid non habet unitatem à parte rei illud non est reale, sed de Universalibus verum prius. E.

4. Cum Universale quatenus tale & ut à singularibus distinguitur, neq; sit causa, neq; causatum, neq; creatum, neq; in-creatuum, sequitur universalia non esse entia realia, sed cum Philosophi nobiscum consentiant, acquiescimus. *Scharf. p. 191.* Nullum universale datur in rebus, cùm unicè fiat per abstractiō-nem mentis. Et cum Entia non sint actualia sequitur esse potentiā. Assumamus eorum definitionem qui hac in parte contra nos sunt: Ens potentiale est quod potest existere. Jam ve-ro contradicitorium est aliquid universale esse, & posse existere. Omne enim quod est, eo ipso quod est singulare est, Universale enim quat: tale non potest fieri singulare.

XXIX.

Coroni dem huic nostro discursui imponet definitio singula-ris. Sic itaq; definitur. Singulare est quod unitate numerica & individuali pluribus entibus incommunicabili est deter-minatum, velut vulgo dicunt: Individuum est unum quid nu-mero, quod dividi nequit, in plura inferiora, ut in suo esse res una maneat: quomodo omne ens extra intellectum existens est singulare & individuum ens, ut Deus, hic Angelus. Alias vocatur res individua, res singularis, totum individuale, hoc aliquid &c. Ita Æternus Deus summè unus qui non agnoscit plures essentias, sed simplicissimum ENS est, ut & ex Scriptura:

Audi Israel Dominus Deus tuus unus est, & ex ratione patet, nec repugnat doctrinæ S. Sanctæ Trinitatis, quamvis & Pater sit Deus & Filius ὁ Ιησος αληθινος. 1. Job. 5. Jehova per quem Deus secula fecit, Psal. 102. & Spiritus Sanctus fit Jehova populum Iraeliticum ex Aegypto ducens Esa. 63. tamen hi tres unum sunt, una enim indivisa simplicissima in Deo est essentia: quæ fundamenta fidei ex verbo Dei revelato probata, nullis rationibus humanis labefactari possunt, quamvis hæc captum nostrum superent, credamus tamen naturæ Domino, in verbo suo hæc proponenti: cum sciamus & in natura multa esse quæ captum nostrum superent ut Arist. lib. 2. Metaph. c. 1. ἀπερι τὸ οὐκ
τίταν νυκτερίδων ὄμηρού τοις τὸ φόγγῳ ἔχει τὸ μερικόν
ἔτοι οὐκ τῆς ἡμέτερης ψυχῆς ὁ νέος τοὺς τὰ τῇ φύσι φαινόμενα
πάνταν. Sicuti enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent ira & intellectus animæ nostræ ad ea quæ manifestissima omnium sunt.

Πόλεισματα.

1. Arist. lib. 7. c. 3. Πάσου στοιχείου αδιαιρέθει. Omnis essentia est indivisibilis. Dividitur aliquid vel in ea quæ divisio ratione essentiæ & secundum esse totum sunt æqualia, vel in ea quæ ei non sunt æqualia ut Genus in species, totum in partes, de priori loquitur canon.

2. Unius Entis ut unum est ita una essentia: licet plures essentiæ in uno ente sint, tamen quædam extraessentialiter sunt in uno ente, quædam vero essentialiter illud unum ens respiciunt.

3. Ut se habet Unitas in perfectione ita etiam entitas non semper absolute, sed interdum secundum quid.

4. Universalia sunt priora singularibus non ortu sed cognitione & quidem distinctâ non confusa.

5. Uni-


5. Universale est pluribus committit nou semper actu
sed potestate & non semper tali qua plura singularia simul ex-
istere possunt, sed successivè ut Monarcha in Imperio Romano.

Et tantum de hac materia pro ingenii nostri tenuitate di-
cendum esto.

Et ita concludimus.

DEO TER OPT. MAX.

Sit perennis laus & Gloria.



Ad Ornatisimum

Dn. RESPONDENTEM
conterrancum ac amicum fraternè
dilectum,

A Lter Marte sibi famam Arte aſq; queritat alter
Non placuit famam tibi Marte ſed Arte parare,
Musarum te tota cohorsq; novemq; Sorores
Elegiffe ferunt melius; Per ſecla tenebunt
Hinc tuum aeternum nomen, pranobile ſertum
Imponentq; tibi, Stephanus cum diceris ecce,
(Nam Stephanus ſignat diadema idiomate graco)
Sic cinctus diademate nomen & omen habebis.

JOHANNES Reichel/
Angerburgo-Prutenus

STE-

STEPHANUS DERSCHOVIUS

Αναγεννηματζόμενος

I, ES SANE PURUS DOCTUS.

Iceu cœpisti sophiæ per grata medulla.
Sacræ, præclarum castalidumq; decus.
ES SANE PURUS linguis, **ES DOCTUS & arte**,
Sicuti doctrinæ nobile das specimen.
Notior ast eris arte Lino, si Phocidos amnes
Hauseris ulterius, Musa brabea dabit.
(Hæc etenim assidui sunt præmia certa laboris)
Sic tua fama yiget, dum vehet Albis aquas.

Fautori & convictori suo amicissimo
hac benevolentie ergo ponere
voluit

Johannes Andreas Junder
Holsatus.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729461726/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729461726/phys_0019)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729461726/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729461726/phys_0020)

DFG

1. Ens reale ab alio ente realiter distingui-
lia ab aliis entibus non realiter distinguuntur.
non sunt entia realia. Siquidem quae se habet
illa realiter distinguuntur. Universalia & singula-
ria ut ens & ens. E. Universalia & singularia rea-
litas. Majorem N. negat qui sani est judicij homo
chorus Philosophorum statuit inter rem & re-
stinctionem. Conclusio autem est absurdum gen-
cie, species à differentia, differentia ab individuo
sed saltem ratione distinguitur, homo & animal
ter idem sunt, & non nisi ratione tantum distin-
guuntur.


3. Quicquid non habet unitatem à parte
reale, sed de Universalibus verum prius. E.

4. Cum Universale quatenus tale & ut a
stinguitur, neq; sit causa, neq; causatum, neq; ex
creatum, sequitur universalia non esse entia
Philosophi nobiscum consentiant, acquiesci-
ent. Nullum universale datur in rebus, cùm unicè fi-
nem mentis. Et cum Entia non sint actualia
tentia. Assumamus eorum definitionem qui
tra nos sunt: Ens potentiale est quod potest exi-
re contradictione est aliquid universale esse,
Omne enim quod est, eo ipso quod est singulariter
enim quat: tale non potest fieri singulare.

XXIX.

Cronide huic nostro discursui imponet
crisis. Sic itaq; definitur. Singulare est quod
ea & individuali pluribus entibus incom-
minatum, velut vulgo dicunt: Individuum es
mero, quod dividi nequit, in plura inferiora,
una maneat: quomodo omne ens extra inten-
tum singulare & individuum ens, ut Deus, hic
vocatur res individua, res singularis, totum in
aliquid &c. Ita Æternus Deus summè unus est, ut
plures essentias, sed simplicissimum ENS est, ut

B 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 4 +